UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Fornicationis mala sunt quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

mè nocet. Sed de hac materia uide in ſequenti capitulo.

Fornicationis mala ſunt quatuor.

PRimum eſt, quia nulli fidem ſeruat. Extat exemplum de Amon, 2. Re. 13
qui ſororem ſuam Thamar corrupit. De hoc infinita exempla & diuerſa adduci poſſent, ſed tu inquire. Et. Reg. 11. Dauid fidelem ſuum nun 2. Re. 11
tium occidi fecit pro uxore illius. Secundum eſt, quia hominem ſepe depauperat. Extat exemplum de filio prodigo apud Lucam. Et, in Pro- Luc. 15
prouerbiis legitur. Qui nutrit ſcor- Pro. 30.
tum perdit ſubſtantiam. Tertium eſt quia cor hominis obſcurat. Oſea. Nó Oſeæ. 5
dabunt cogitationes ſuas ut reuertantur ad dominum, quia ſpiritus fornicationis in medio eorum. Quartum eſt, quia hominem in mortem temporalem ſæpe adducit. Sicut legitur in libro Numeri. Et Apoſt. Neque for- Nu. 25.
nicemur ſicut quidam ex ipſis forni- 1. Co. 10
cati ſunt, & ciciderunt una die uiginti tria millia, &c.